unum excitare, quonam ille modo cum regno, cum domo, cum conjuge, cum carissimo filio distractus esset, tanto scelere non modò perfecto, sed etiam cogitato?

At, credo, hæc homo inconsultus et temerarius non videbat. Quis consideratior illo? quis rectior? quis prudentior? Quanquam hoc loco Dejotarum non tam ingenio et prudentiâ, quàm fide et religione vitæ defendendum puto. Nota est tibi, C. Cæsar, hominis probitas, noti mores, nota constantia. Cui porro, qui modò populi romani nomen audivit, Dejotari integritas, gravitas, virtus, fides non audita est? Quod igitur facinus nec in hominem imprudentem cadere posset propter metum præsentis exitii, nec in facinorosum, nisi esset is amentissimus, id vos et à viro optimo, et ab homine minimè stulto cogitatum esse confingitis.

At quàm non modò non credibiliter, sed ne suspiciosè quidem. Cùm, inquit, in castellum Luceium venisses, et domum regis, hospitis tui, divertisses, locus erat quidam, in quo erant ea composita quibus rex te munerare constituerat. Huc te è

cutado, mas solo con haber pensado maldad tan grande?

¿Pero se podrá decir, que como hombre imprudente y temerario no advertia esto? ¿quien mas considerado que él? ¿quien mas cauto (3)? ¿quien mas prudente? aunque en esta ocasion me parece que no tanto debo defender á Deyotaro por su talento y prudencia, como por su fidelidad y conducta escrupulosa. Bien conocida tienes, C. Cesar, la bondad de este sugeto, bien conocidas tienes sus costumbres, y constante proceder. ¿Quien de cuantos han oido nombrar al pueblo Romano, no ha oido tambien hablar de la integridad de Deyotaro, de su gravedad, virtud, y honradez? Venis pues fingiendo que un hombre muy de bien, y juntamente nada necio, formó un designio, que no podria caber, ni en un hombre sin prudencia, por temor de su ruina, que veria al ojo, ni en un facineroso, á no ser al mismo tiempo el mas loco del mundo.

¿Mas como lo fingis? de un modo, que no solo no hace creible la acusacion, sino que ni aun es capaz de engendrar sospechas. Habiendo tú llegado, dicen al castillo Luceyo, y torcido el camino para irte á hospedar en casa del rey, tu huesped, tenia este en cierto sitio dispuestos y colocados los regalos, que habia de-

balneo, priùs quàm accumberes, ducere volebat. Ibi enim erant armati, qui te interficerent, in eo ipso loco collocati. En crimen, en causa, cur regem fugitivus, dominum servus accuset. Ego mehercule, C. Cæsar, initio, cùm est ad me ista causa delata, Philippum medicum, servum regium, qui cum legatis missus esset, ab isto adolescente esse corruptum, hàc suspicione sum percussus : medicum indicem subornavit : finget videlicet aliquod crimen veneni. Etsi à veritate longè, tamen à consuetudine criminandi non multùm res abhorrebat.

Quid ait medicus? nihil de veneno. At id fieri potuit, primò occultiùs in potione, vel in cibo; deinde etiam impuniùs fit quod, cùm est factum, negari potest. Si palàm te interemisset, omnium in se gentium non solùm odia, sed etiam arma convertisset; si veneno, Jovis illius quidem Hospitalis numen nunquam celare potuisset, homines fortasse celavisset. Quod igitur et occultiùs conari, et efficere cautiùs potuit, id tibi, et medico callido, et servo, ut putabat, fideli, non credidit; de armis,

terminado hacerte. A este lugar te queria llevar desde el baño, antes que te pusieses á la mesa : porque alli era donde tenia apostada gente armada para matarte. Hé aqui el delito, hé aqui la causa, porque acusa un fugitivo á su rey, y un esclavo á su señor. A mí á la verdad, C. Cesar, al principio, cuando me vinieron con esta causa, diciéndome que al médico Fidipo, esclavo del rey, que habia sido enviado con los embajadores, le habia sobornado ese mozo, me dió en el corazon esta sospecha : sobornó al médico para que declarase; pues alguna delacion tenemos de veneno. Aunque estaba muy lejos de ser verdad, con todo eso iba la cosa segun el estilo de las acusaciones.

¿Qué dice el médico? no dice nada de veneno. Pues esto se pudo hacer con mas disimulo en la bebida ó en la comida; ademas tambien se hace mas impunemente : porque despues de hecho se puede negar. Si te hubiera muerto al descubierto, hubiera concitado contra sí no solo el odio, sino tambien las armas de todas las naciones ; pero si con veneno, nunca á la verdad se hubiera podido ocultar el delito á la deidad de Jupiter Hospital, pero á los hombres acaso se hubiera ocultado. ¿No te fió pues, siendo tú un médico advertido, y esclavo á su entender fiel, el medio con que podia procurar el fin con mas secreto, y conseguirle

de ferro, de insidiis celare te noluit? At quàm festivè crimen contexitur? tua te, inquit, eadem quæ semper, fortuna servavit : negavisti tum te inspicere velle.

7. Quid posteà? an Dejotarus, re illo tempore non perfectâ, continuò dimisit exercitum? nullus erat alius insidiandi locus? At eodem te, cùm cœnavisses, redituruum dixeras; itaque fecisti. Horam unam aut duas eodem loco armatos, ut collocati fuerant, retinere magnum fuit? Cùm in convivio comiter et jucundè fuisses, tum illuc ivisti, ut dixeras. Quo in loco Dejotarum talem erga te cognovisti, qualis rex Atalus in P. Africanum fuit : cui magnificentissima dona, ut scriptum legimus, usque ad Numantiam misit ex Asiâ; quæ Africanus, inspectante exercitu, accepit. Quod cùm præsens Dejotarus regio et animo et more fecisset, tu in cubiculum discessisti.

Obsecro, Cæsar, repete temporis illius memoriam ; pone illum ante oculos diem; vultus hominum te intuentium atque admirantium recordare. Num quæ trepidatio?

con mas seguridad : y no quiso encubrirte el de las armas, del hierro, y de las asechanzas? ¿ mas con qué gracia que traman la acusacion? tu fortuna, dicen, como siempre, te salvó tambien en esta ocasion: dijiste que no querias entonces ir á ver los presentes.

7. ¿Y porqué no se ejecutó despues? ¿Acaso Deyotaro, no habiendo logrado su intento entonces, despidió al instante su ejército? ¿no habia otro lugar para poner las asechanzas? Mas tú habias dicho que volverias al mismo sitio en habiendo cenado; y así lo hiciste. ¿Tanto trabajo costaba mantener por una hora ó dos los armados en el mismo puesto en la forma que se les habia apostado? Habiendo tú estado en el convite afable y jovial, fuiste despues allá, como habias dicho, y esperimentaste allí á Deyotaro tan liberal para contigo, como lo fué el rey Atalo con P. Africano (4); á quien envió desde el Asia hasta Numancia, como nos dice la historia, magnificentísimos presentes, que el Africano recibió á vista de su ejército. Habiendo hecho esto Deyotaro por sí mismo con el animo, y modo, que correspondia á un rey, tú te retiraste á un cuarto.

Ruégote, Cesar, que te acuerdes de lo que entonces pásó : ponte ante tus ojos aquel dia : haz memoria del estado de los semblantes de los que te miraban y admiraban. ¿ por ventura advertiste algun azoramien-

num qui tumultus? num quid, nisi moderatè, nisi quietè, nisi ex hominis gravissimi et sanctissimi disciplinâ? Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum voluerit, cœnatum noluerit occidere?

In posterum, inquit, diem distulit, ut, cùm in castellum Luceium ventum esset, ibi cogitata perficeret. Non video causam loci mutandi: sed tamen acta res criminosè est. Cùm, inquit, vomere te post cœnam velle dixisses, in balneum te ducere cœperunt. Ibi enim erant insidiæ. At te eadem tua fortuna servavit: in cubiculum te ire malle dixisti. Dii te perduint, fugitive; ita non modo nequam et improbus, sed fatuus et amens es? Quid? ille signa ænea in insidiis posuerat, quæ è balneo in cubiculum transferri non possent?

Habes crimen insidiarum · nihil enim dixit amplius. Horum, inquit, eram conscius. Quid tum? Ita demens ille erat, ut eum, quem conscium tanti sceleris habebat, à se dimitteret; Romam etiam mitteret, ubi et inimicissimum sciret esse nepotem suum, et C. Cæsarem, cui fecisset

to, algun alboroto? alguna falta de moderacion, de sosiego, algo, que no fuese segun el estilo y costumbre de un hombre muy grave é irreprehensible? ¿Qué motivo pues se puede discurrir, para que te hubiese querido matar despues del baño, y no despues de la cena?

Lo dejó, dice, para el dia siguiente, con ánimo de poner en ejecucion sus intentos en llegando al castillo Luceyo. No veo causa para mudar de lugar: pero sin embargo en esto se procedió segun la costumbre de las acusaciones. Como tú, dice, hubieses dicho despues de la cena, que tenias ganas de vomitar, comenzaron á llevarte al baño: porque alli estaban los asesinos. Mas te libertó tu misma fortuna: dijiste que querias mas irte á tu cuarto. Maldito seas de dios, fugitivo, no solo perverso y malvado sobre manera, sino tambien fatuo y loco. ¿Qué? ¿Deyotaro habia puesto por asesinos estatuas de bronce, que no pudiesen trasferirse del baño á la alcoba?

A esto se reduce la acusacion de las asechanzas: porque nada mas dijo: De esto, dice, era yo sabedor. ¿Y qué? si esto fuese así, tan loco era él, que habia de apartar de su lado á un sugeto, que era sabedor de una maldad tan grande, y no solo apartarle de sí, sino tambien enviarle á Roma, en donde sabia que estaba su nieto y su mayor enemigo, y C. Cesar á

insidias? Præsertim cùm is unus esset qui posset de absente se indicasse? et fratres meos, inquit, quòd erant conscii, in vincula conjecit. Cùm igitur eos vinceret, quos secum habebat; te solutum Romam mittebat, qui eadem scires, quæ illos scire dicis?

8. Reliqua pars accusationis duplex fuit: una, regem semper in speculis fuisse, cùm à te animo esset alieno; altera, exercitum eum contra te magnum comparasse. De exercitu dicam breviter, ut cætera. Nunquam eas copias rex Dejotarus habuit, quibus inferre bellum populo romano posset, sed quibus fines suos ab excursionibus hostium et latrociniis tueretur, et imperatoribus nostris auxilia mitteret. Atque antea quidem majores copias alere poterat: nunc exiguas vix tueri potest.

At misit ad Cælium nescio quem: sed eos, quos misit, quòd ire noluerunt, in vincula conjecit. Non quæro quàm verisimile sit, aut non habuisse regem, quos mitteret; aut eos, quos mississet, non paruisse; aut, qui dicto audientes in tantâ re non fuissent, eos vinctos potiùs quàm

quien habia puesto las asechanzas. Particularmente cuando este era el único, que podia descubrirle, estando ausente. Y á mis hermanos, prosigue, porque tenian noticias del caso, los echó en prisiones. ¿Pues qué cuando prendia á los que tenia consigo, te enviaba á tí suelto á Roma, que tambien la sabias?

8. El resto de la acusacion tiene dos partes: la una, que el rey estuvo siempre á la mira, como tenia mala voluntad: la otra, que levantó un grande ejército contra tí. Acerca del ejército diré brevemente, como de los demas. Nunca el rey Deyotaro tuvo tropas tan numerosas, que pudiese con ellas hacer guerra al pueblo Romano: sí solo las que bastasen á defender sus tierras de las correrías de los enemigos y salteamiento, y enviar socorro á nuestros Generales. Y antes siquiera podia mantener mayores fuerzas; mas ahora con dificultad puede mantener corto número de tropas.

Sin embargo envió á algunos á un tal Celio; y á los que envió, porque no quisieron ir, los echó en prisiones. No pregunto que verósimil sea, ó que el rey no hubiese tenido á quien enviar, ó que aquellos, que hubiese enviado, no hubiesen obedecido, ó que los que no hubiesen obedecido en cosa tan grave, hubiesen sido presos, y no antes muertos. Pero sin embargo

necatos fuisse. Sed tamen, cùm ad Cælium mittebat, utrùm causam illam victam esse nesciebat, an Cælium istum magnum hominem putabat? quem profectò is, qui optimè nostros homines novit, vel quia nosset, vel quia non nosset, contemneret. Addidit etiam illud, equites non optimos misisse. Veteres, credo, Cæsar : nihil ad tuum equitatum; sed misit ex iis, quos habuit, electos. Ait nescio quem ex eo numero servum judicatum. Non arbitror : non audivi. Sed in eo, etiam si accidisset, culpam regis nullam fuisse arbitrarer.

9. Alio autem à te animo fuit? Quo modo? speravit, credo, difficiles tibi Alexandriæ fore exitus propter regionis naturam et fluminis. At eo ipso tempore pecuniam dedit; exercitum aluit; ei, quem Asiæ præfeceras, nullâ in re defuit, tibi victori non solùm ad hospitium, sed ad periculum etiam atque aciem præstò fuit. Secutum est bellum Africanum. Graves de te rumores sparsi : qui etiam furiosum illum Cælium excitaverunt. Quo tum rex animo fuit? qui auctionatus sit, seseque exspoliare maluerit, quàm tibi pecuniam

cuando los enviaba á Celio, ignoraba acaso que aquel partido ya habia sido vencido, ó tenia por un grande hombre á ese Celio? al cual no hay duda que Deyotaro, que conocia muy bien á los nuestros, ó por conocerle ó por no conocerle, le despreciaria. Tambien añadió la circunstancia de que habia enviado una caballería no muy buena: vieja, bien creo que fuese, y que nada valdria en comparacion de la tuya; pero él dió la mejor que tenia. Dice, que uno de los soldados de á caballo fué dado por esclavo (5) : no lo creo, no oí tal casa; pero en eso, aunque fuese así, yo creeria que no tenia el rey ninguna culpa.

9. ¿Mas te tenia mala voluntad? ¿Cómo? creyó sin duda que te seria dificil el éxito de la guerra Alejandrina por la situacion del pais y rio. Pero en este mismo tiempo te dió dinero, mantuvo tu ejército (16), no le hizo falta en cuanto necesitó el que habias dejado por Gobernador del Asia, y tú le tuviste pronto despues de la victoria, no solo para el hospedaje sino tambien para el peligro y la campaña. Siguióse la guerra del Africa : corrrieron malas noticias de tus cosas, con que tomó ocasion para levantarse contra tí aqrel furioso de Celio. Cual fué entonces la disposicion de ánimo del rey hacia tí, cuando, llegó á hacer almoneda de sus bienes, y quiso antes despojarse á sí mis-

non subministrare. At eo, inquit, tempore ipso Nicæam Ephesumque mittebat, qui rumores Africanos exciperent, et celeriter ad se referrent. Itaque, cùm esset ei nuntiatum, Domitium naufragio periisse, te in castello circumsideri : de Domitio dixit versum græcum eâdem sententiâ, quà etiam nos habemus latinum : *Pereant amici, dum una inimici intercidant :* quod ille, si esset tibi inimicissimus, nunquam tamen dixisset. Ipse enim mansuetus; versus immanis. Quî autem Domitio poterat esse amicus, qui tibi esset inimicus? Tibi porrò inimicus, cur esset, à quo, cùm vel interfici belli lege potuisset, regem et se, et filium suum constitutos esse meminisset?

Quid deinde? furcifer quò progreditur? Ait hâc lætitiâ Dejotarum elatum vino se obruisse, in convivioque nudum saltavisse. Quæ crux huic fugitivo potest satis supplicii afferre? Dejotarum saltantem quisquam, aut ebrium vidit unquam? Omnes sunt in illo regiæ virtutes (quod te, Cæsar, ignorare non arbitror) sed præcipuè singularis, et admiranda frugalitas; etsi hoc verbo scio laudari reges non solere. Frugi

mo, que dejar de acudirte con dinero? Mas en aquel mismo tiempo, dice el acusador, enviaba á Nicea, y á Efeso, á recoger las noticias, que viniesen de Africa para saberlas pronto. Y así habiéndosele dado la de que Domicio habia perecido en un naufragio, y de que tú estabas sitiado en un castillo, dijo de Domicio aquel verso griego, que dice lo que el nuestro latino : *Pereant amici, dùm unà inimici intercidant* : perezcan los amigos, como mueran tambien los enemigos : proposicion que, aun cuando fuese tu mortal enemigo, nunca sin embargo la hubiera proferido : porque él es manso, y el verso inhumano. Mas ¿cómo podia ser amigo de Domicio, quien fuese tu enemigo? y porqué habia de ser tu enemigo, acordándose de que le habias colocado en el trono á él y a su hijo, cuando podias aun darle muerte por derecho de la guerra?

¿Y lo que sigue? ¿cómo se desboca el infame? Dice que Deyotaro, fuera de sí con la alegria de esta noticia, bebió hasta embriagarse, y danzó desnudo en el convite. ¿Qué horca puede ser castigo competente para este fugitivo? ¿A Deyotaro se le vió jamás danzando y borracho? Todas las virtudes propias de un rey se hallan en él (como creo, Cesar, que tú no ignoras) pero con particularidad es singular y admirable su templanza; aunque sé que por este título no suelen ser elogiados los reyes, á los cuales no se les alaba

hominem dici non multum habet laudis in rege : fortem, justum, severum, gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, hæ sunt regiæ laudes : illa privata est. Ut volet quisque accipiat, ego tamen frugalitatem, id est, modestiam et temperantiam virtutem esse maximam judico. Hæc in illo est ab ineunte ætate, tum à cunctâ Asiâ, tum à magistratibus, legatisque nostris, tum ab equitibus Romanis, qui in Asiâ negotiati sunt, perspecta et cognita.

Multis ille quidem gradibus officiorum erga rempublicam nostram ad hoc regium nomen adscendit : sed tamen quiquid à bellis populi romani vacabat, cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res, rationesque jungebat : ut non solùm tetrarcha nobilis, sed optimus pater familiâs, et diligentissimus agricola, et pecuarius haberetur. Qui igitur adolescens, nondum tantâ gloriâ præditus, nihil unquàm, nisi severissimè et gravissimè fecerit, is eâ existimatione, eâque ætate saltavit?

10. Imitari potiùs, Castor, avi tui mo-

mucho por frugales, sino por fuertes, justos, severos, graves, magnánimos, dadivosos, benéficos y liberales. Estas prendas dan alabanza á los monarcas, aquella á los particulares. Mas tómelo cada uno como quiera, que yo sin embargo digo que la mayor de todas las virtudes es la frugalidad, esto es, la moderacion y templanza. Esta ha visto y conocido en él desde sus primeros años toda el Asia, y nuestros magistrados, embajadores, y Caballeros Romanos, que han comerciado en aquella provincia.

Verdad es que él consiguió el título de rey por medio de muchos servicios, que hizo á nuestra república; pero si embargo todo el tiempo, que le dejaban libre las guerras del pueblo Romano, empleaba en entablar con los nuestros sus comunicaciones, amistades, tratos y comercio de manera que estaba reputado, no solo por un príncipe distinguido, sino tambien por un muy buen padre de familias, y diligentísimo labrador y ganadero. ¿Quien pues, aun siendo jóven, no teniendo todavia el resplandor de tanta gloria, en todo procedió siempre con la mayor severidad y circunspeccion, cuando se veia en tal concepto, y en tan avanzada edad, se puso á danzar?

10. Mejor fuera, Castor, que imitaras las costum-

res, disciplinamque debebas, quàm optimo, et clarissimo viro, fugitivi ore maledicere. Quòd si saltatorem avum habuisses, neque eum virum, unde pudoris, pudicitiæque exempla peterentur, tamen hoc maledictum minimè in illam ætatem conveniret. Quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat, non saltandi, sed bene ut armis, optimè ut equis uteretur, ea tamen illum cuncta, jam ætate exactâ, defecerant. Itaque Dejotarum cùm plures in equum sustulissent, quòd hærere in eo senex posset, admirari solebamus. Hic verò adolescens, qui meus in Ciliciâ miles, in Græciâ commilito fuit, cùm in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus, quos unà cum eo ad Pompeium pater miserat, quos concursus facere solebat! quàm se jactare! quàm se ostentare! quàm nemini in illâ causâ studio et cupiditate concedere! Cùm verò, exercitu amisso, ego, qui pacis auctor semper fui, post Pharsalicum autem prælium suasor fuissem armorum non deponendorum, sed abjiciendorum, hunc ad meam auctoritatem non potui adducere, quòd et ipse ar-

bres y crianza de tu abuelo, y no infamaras por la boca de un fugitivo á un varon el mas bueno y mas esclarecido. Y ya que hubieses tenido por abuelo á un bailarin, y no á un hombre, que da tanto ejemplo de pudor y honestidad, sin embargo esta calumnia en ninguna manera diria bien con aquella edad. Aun aquellos ejercicios, á que él desde sus primeros años se habia dedicado, que no era el de danzar, sino el de manejar bien las armas, y mas que bien los caballos, aun esos ya con los años le habian faltado todos. Y así despues que entre muchos le subian á caballo, soliamos maravillarnos de que el viejo se pudiese mantener en él. Mas este jóven, que militó bajo de mis órdenes en la Cilicia en la Grecia fué mi camarada; cuando andaba á caballo en aquel nuestro ejército con su baballería escogida, que su padre habia enviado con él á Pompeio, ¡que carreras daba! ¡Qué jactancia, qué ostentacion la suya! ¡Como á ninguno de aquel partido cedia en el empeño y ardor! Y aunque yo, que siempre habia aconsejado la paz, despues de la rota de Farsalia persuadia, no ya que se dejasen las armas, sino que se arrojasen; no pude resistir á este: porque por una parte él por sí deseaba ardientemente la guerra, y por otra juzgaba, que debia dar gusto á su padre, que queria continuase. ¡Dichosa casa esa, que no solo consiguió la impunidad, sino tambien

debat studio ipsius belli, et patri satisfaciendum esse arbitrabatur. Felix ista domus, quæ non impunitatem solùm adepta sit, sed etiam accusandi licentiam : calamitosus Dejotarus, qui et ab eo, qui in iisdem castris fuerit, non modò apud te, sed etiam à suis accusetur! vos vestrâ secundâ fortunâ, Castor, non potestis sine propinquorum calamitate esse contenti.

11. Sint sanè inimicitiæ, quæ esse non debebant. Rex enim Dejotarus vestram familiam abjectam et obscuram è tenebris in lucem evocavit. Quis tuum patrem antè, qui esset, quàm cujus gener esset, audivit? Sed quamvis ingratè et impiè necessitudinis nomen repudiaretis, tamen inimicitias hominum more gerere poteratis : non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere. Esto : concedatur hæc quoque acerbitatis et odii magnitudo. Adeone, ut etiam omnia vitæ, salutisque communis, atque etiam humanitatis jura violentur? Servum sollicitare verbis, spe promissisque corrumpere, abducere domo, contra dominum armare, hoc est, non uni propinquo, sed omnibus

licencia para acusar! ¡desgraciado Deyotaro, que se ve acusado por quien estuvo en los mismos reales, ante tí, y por los suyos! Vosotros, Castor, no podeis estar contentos con vuestra buena fortuna, sin que hagais desdichados á los parientes.

11. Haya enhorabuena la enemistad entre vosotros, que no debia haber: porque el rey Deyotaro sacó de entre tinieblas á la luz vuestra familia abatida y oscura. ¿Quien oyó de tu padre antes quien fuese, que cuyo yerno fuese? Mas aunque hayais repudiado, ingratos é impios, el nombre del parentesco, sin embargo podiais proceder en vuestra enemistad como hombres : no perseguirle con calumnias, no pretender su muerte, no tirarle á degüello. Sea así : pase tambien esta estraordinaria crueldad y odio. ¿Mas se ha de pasar tan adelante, que se violen tambien todos los derechos de la vida y salud comun, y aun de la humanidad? El sonsacar con persuasiones al siervo, sobornarle con esperanzas y promesas, llevarle á casa, y armarle contra su señor, esto es declarar una guerra, impia, no á un pariente, sino á todas las familias. Porque, si ese soborno del esclavo no solo no fuese